Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



51.

58) Exordium magnum Dist. I C. 34.

59) Radevicus Ottonis Frising. continuator in Append. ita scribit: Anno MCLXX instante Quadragesima Cisterciensis et Claravallensis Abbates Imperatorem convenerunt super schismate, eique suggerunt, ut Cambergensem Episcopum cum eis Romam destinet. Quod et factum est: nempe ad pacem cum Alexandro Papa componendas, uti explicatius tradit Sigonius l. 14.

60) Datum Benevento per manum Gerardi sanctae Romanae Ecclesiae Notarii, IIII Nonas Julii, Indictione II. anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo nono, Pontificatus vero Domini Alexandri Papae tertii anno decimo. apud Henriquem in Privil. Ord. Cisterc.

61) Occasionem, Institutionem et Regulas hujus Ordinis, ad pellendos Saracenos ac defendendas Virgines et viduas praecipue instituti, vide apud Manriquem Annal. ad an. 1167 C. 8. Ex Regulis est Quarta: Ille cui datur Ala (insigne hujus Ordinis) jurabit in manibus Abbatis Alcobatiae fidelitatem Deo, Romano Pontifici et Regi, in forma solita: et nullus dabit Alam, praeterquam Abbas Alcobatiae. Quinta: Miles hujus militiae recitet quotidie numerum orationum, quas solent recitare Conversi Ordinis Cisterciensis, sive in pace sive in bello. Caeterum hi Equites non obligantur ad caelibatum, sed si ex prima conjuge liberos susceperint, ea defuncta, tenentur a secundis nuptiis ~~tenentur~~ abstinere; si autem illa impotis decesserit, ~~ad~~ aliam ducere eis licet.

62) De S. Idesbaldo Manriques Annal. ad an. 1167 C. 7, et Henriques Menol. ad 18 Apr. ubi de eo olim Officium, et hodiedum Missam celebrari solitum, testatur. ~~Conradus autem~~ De Conrado autem vide infra Hist. C. XX.

63) Edwardus in vita S. Thomae Cant. apud Surium et Manriquem Annal. ad an. 1170 C. 4.

*) Gaufridus Altacumbensis apud Manriquem Annal. ad an. 1174 C. 4; Sed Baronius Martyrol. ad ~~an.~~ Maji: In territorio Bisuntino S. Petri Episcopi; in diversionibus: Fuit hic Archiepiscopus Tarentasii...